

## SONCHUS L.

*Sonchus hastatus* n. sp.

Ill. de Chamisso in Unalascica.

Rhizoma obliquum, repens? Caulis simplex, superne pubescens; striatus, erectus, speciminis suppetentia 9<sup>l</sup> pollicaris. Folia tenera, membranacea, praeter nervum primarium utrinque planum, dilatatum, subtus striatum et pilosiusculum glaberrima, laevia, subtus pallidiora, sinuato-denticulata, acuminata, plana ex triangularibus, hastatis, subtriplinerviis, longe petiolatis, 1½—2<sup>l</sup> longis, 10—15<sup>l</sup> latis, confertis, quam petioli glabri, striati 1½—4 pollicares brevioribus per rhomboidea, 3-fida, laciniis acuminatis; lateralibus exiguis, sursum spectantibus, intermedia maxima, in sessilia, remota, alterna, lanceolata, circiter 2½-pollicaria et 3<sup>l</sup> lata, exauriculata. Capitula pedicellis suis longiora, quam in *S. alpino* parum minora. Panicula dichotoma, nondum fastigata, ramis pubescentibus, abbreviatis, erecto-patentibus, primariis quam folia sua multo brevioribus. Involucrum 1-seriale, floribus parum brevius, basi auctum, circiter 9-phyllum; foliolis aequalibus, coplinerviis, linearibus, acuminatis, medio foliaceis, viridibus extusque pubescentibus, margine pl. scariosis, planis, 4<sup>l</sup> longis. Corollae coeruleae; glabrae. Pappus flavescens. Achaeia haud suppetunt. — Differt a *S. alpino* (Wahlenb. fl. lapp. p. 194) foliorum forma, inflorescentia, capitulis minoribus, caule humiliori; foliolis uni- nec biserialibus, acuminatis nec obtusis aut acutis, in mediis hirsutis nec tantummodo in medio nervo hirtis; foliis inflorescentiae ramos basi stipantibus late lanceolatis eosque longe excedentibus nec angustissime linearibus eosque vix excedentibus; a *S. sibirico* Wahlenb. l. c. foliis inferioribus petiolatis nec omnibus dentatis et subcomplexa caulibus, pedunculis involucriisque pubescentibus (v. sp. 1.).